

1511. 9. Decemb.

Sigism: 1. Rex Poloniae Bohemae
Vodae Valachiae

140

Magnae Dne amice dilecte! Ex Lris Magni-
ficentiae Vre novitates Nobis insinuat de Tar-
tarorum Imperatore et de Selimbegko Filio Im-
peratoris Turcorum intelleximus. Re gratiamur Ma-
gnificencie Vre, quod ejusmodi novitates, que
scire Nos Nra interest Nobis significare non
pretermittit. Expediit atque utile est Nobis ejus-
modi rerum cognitionem habere, ut tanto pro-
videntius futuris periculis et Nris et Vre Ma-
gnificencie prospiciamus et occurramus. Sed hoc
svademus Vre Magnificencie, ut nequaquam confi-
dat ejusmodi Tartarorum seu infidelium promissio-
nibus. Et ideo Vram Magnificenciam affectamus
hortamurque: velit hunc modum servare, si-
cut incepit, in scribendis Nobis ejusmodi novi-
tatibus, ut nihil ignoremus eorum, que agun-
tur tam apud Turcos, quam apud Tartaros,
et Nos id ipsum favemus, cum aliquid No-
bis aliunde, et presertim de Tartaris innotu-
erit. Datum 9. Decemb. 1511.

Tartaria. Valachia

140

1811 3. 9. 2. 1811

Willelmus I. Rex
Lolonia
Petrus

140

Alte die...
fueren...
in...
per...
qu...
non...
post...
n...
p...
l...
d...
i...
h...
c...
t...
f...
b...
s...

Petrus